

MAXIMILIANVS AVSTRIAE DVX,
iamdudum in occiduis partibus uictor, cum post Fran-
cos intestina bella cunctos domuisset Flādrios, euocat
ab Imperatore patre Coloniā, cumq; eo profectus est
Francfordiā ad cōuentum, quem idem pater indixerat
principibus electoribus, ut de rege nouo cōstitueretur:
que res iam ipsi duci inclinare ac propendere uidebat:

Mutauit iam Frideric⁹ sententiā, qui superiorib⁹ annis ea de re a principibus interpellatus fert^r respondisse: Filiū nos nostrū propius agnoscimus: scimus non esse rebus gerendis idoneū: Nec uolebat ulla de re minus, ut ferunt, audire, q̄ illa. Id siue ex sententia dixerit, siue quadā simulatione pretulerit, siue etiā magnū onus administrādi Imperij euiscerati filio auerterit incertum est. Poterat tñ illū ad mutandā sententiā inflectere, & maturior nūc etas filij, & recens de hostibus uictoria: Magno enim ore multorum efferebatur, q̄ sine paternis armis, sine amicorū ope, tantā in Gallos & Flādrios rem peregisset: quis pro magnitudine hostiliū uiriū satis erac uicisse, dum tantis armis non cederet. Igitur uolentibus cunctis rex creat^r Romanorū Maximilianus anno sexto & octuagesimo post millequadringentos: exemplo Karoli. III. recentiori, qui & ipse uiuens filiū sibi curauit regem substitui: Sed in hoc gloria Maximiliani maior, q̄ ibi pater Karolus ut proficeret coelum fatigauit & terrā, hic Fridericus ut fieri pateretur uix potuit inflecti. Ibi nullis rebus preclare gestis Wentzlaus, incertū qualis rex futurus, assumitur: hic uero multis euectus uictorijs inclaruit. Inde uero Aquisgranū perductus nou⁹ electus, magna omniū cōcurrentium principum alacritate, multa nobilitatis frequentia, adhibitis, quos supra ostendimus magnificis apparatibus, per archiepiscopū Coloniēsem, cuius est ista prouincia cōsecrat^r rex Romanorū. Interea multi in Flādria Brugis ceduntur gladio: alij ere mulctant^r: nōnulli proscribunt, tumultu omnia ciuili, q̄ ciues correptis signis suis in forum armati per turmas pdierunt: ibiq; stantes, clamore suo urgebāt ad mortē quos uoluere. Sed hac uice comes de Nassow rem gerebat pro rege. Creauerat enim illū rex uicarium suum per absentia. Dñs de Veris, quē extra Maximiliani gratiam agere diximus, filiā suā dedit cōingem Philippo de Beueren, Antonij de Burgundia filio: ut per illum rediret in gratiam: nec est frustratus expectatione sua.

CA II.

Er que tempora in Anglia cesso in acie Richardo rege, Henricus de Richemont comes, nepos per patrē Hērici regis. VI. regnum accepit, quod hodie tenet: cadētibus in acie cum Richardo qui sue partis erant. In Cameraco interim inter iam duos reges Romanorū & Franciē agebatur: cōgratulate per nūcio Franciē rege, Romanorū regi Maximiliano, de honoris incremento: miratus tñ, q̄ ipse fururus eius gener ad solennitatē coronationis inter ceteros principes non esset euocat⁹. Matthias Vngariē rex hāc Maximiliani assumptionē studio magno preuenire constituit, ut impediret: sed non preualuit: cōtendentib⁹ cunctis, q̄

tantę nobilitati, & ut apparuit in eam diē uirtuti, is loc^o in regno deberet.
 Impletis ergo solennib⁹ cōsecrationis, rex in occiduās fili⁹ partes reuertit.
 Sequutus est illū pater ei⁹ Frideric⁹ Romanorū Imperator, non illo splen-
 dore, quo solebant olim Romanorū principes, nec illo apparatu, quo con-
 sueuissent eius regionis homines suos principes intueri: meliusq; aliquan-
 to fuisset, omnino non uenisse, q̄ in ea negligētia tantā despici maiestatem.
 Venerat tñ, & in Gesoriaco, hoc est in urbe Brugensi, cum filio rege adit⁹
 est a Venetorū oratoribus, gratulantib⁹ utriq;: cum Hermolaus Barbar⁹
 uir memoria dign⁹ propter literas sempiterna, splendida oratione, quę ex-
 rat, Imperialē & regalē maiestatem, magnifice extulisset: munerat⁹ cum col-
 lega aurea militum dignitate. Interea Leodiensib⁹ ad pacē per arma reda-
 ctis cum dños de Arberg sibi rex Romanorū cōciliasset, priusq; in Fran-
 cos duceret, suos iussit Cameraci obuiā prodire regis Francię oratoribus
 Ibi multis in mediū adductis cum non cōuenisset inter utrosq;, de restitu-
 enda regi filia, deq; acceptis in potestatem urbibus, res sine fine permansit:
 & remissę sunt Romanorū regi literę ab Francis cōtumelias plenę, quid se
 archiducē scriberet cum non esset, uiuente adhuc Sigismūdo Austrię du-
 ce: de Romanorū quoq; regno ccepit irrideri: quid inani titulo se iactaret
 cum Romę nihil aut potestatis, aut puentus haberet? Tum rex Romano-
 rum cōparatis agminib⁹, duxit in Morinū, inq; sanctum Andomarū: &
 amissas per bella Flādrię urbes & arces, uariā quidē fortuna recepit: cum
 in opidum sancti Quintini duceret, cōperit Frācorū exercitū propinqua-
 re: certiorq; factus de quo rūdā suorū in suū cāput cōiuratione, exercitū
 dimisit, seq; recepit ad Insulas, splendidū Flādrię occidū opidum: Ibi se-
 quutus eum pater cōuenit: Quid uero cum illo egerit secreto incompertum
 est: Cæterū illū ad cunctationē, qua ipse creberrima utere, creditur
 induxisse. Sed rex Morino prefecit Salazart Hispanū, Sancto Andoma-
 ro Philippū de Rauēsteen. Pertrāsians aut opida minora, sacramenta ibi
 iussit renouari in suā personā ad prefecitū fili⁹ Philippi. Inducię cū Angli-
 cis iam pene expirantes, propter mercatores regionis, in Calisia renouari
 tentabantur: Sed suspensos tenuere Anglici regis Romanorū oratores,
 expectātes quē exitū haberēt res ei⁹ cum Frācis: discesserūt a curia Frācię
 regis nōnulli principes, quos erat ptesum sceminei imperij: Nam per uxo-
 rem comitis de Belloioco, quę regis esset germana soror, res oēs admini-
 strari uidebant. Dux Aurelianēsis, & si corā hominib⁹ uxore tenere uide-
 retur filiā regis Ludouici, alterā Karoli regis germanā, animo tñ ille abali-
 enato, filiā ducis Britānię cōiugem petebat: Alij etiā alio dilapsi, curiā re-
 gis uacuabāt. Anglici tñ sobrias cum Flādrensibus inducias pepigerunt:
 Missi enim Brugas ad Romanorū regē nūci⁹ regis Hērici, hoc pacto pepi-
 gerūt, suspensis reb⁹, ut si cōtinuande essent inducię, hoc ante festū Iohan-
 nis pxime uenturū innotesceret utriq;: Sin min⁹, ante sex hebdomas
 hoc uicissim alterutris denūciaretur.

CA. III.

m Aximilian⁹ interim rex cum intelligeret Anglorum molitiones
 nec ipse solidū ad foedera habuit animū, auscultans Margaretę,

Q. iij.

que relicta erat Karoli ducis Burgundie: ut filiū fratris sui ducis Clarēcie paratis in Slusa nauibus, adiuuaret ad consequendā generi suo debitā regni coronā: de qua re est posterius attentatū: Nauim instructam permisit eidem dñe, quā ipsa cōscendit Hiberniā petitura: ut eā cōciliaret filio fratris sui memorato. Interim Brugis Romanorū rex cōmorat: Audiuit ibi oratores ducis Britānie, nūciantes ad illū profugisse ducē Aureliani, auxiliū & socia arma rogantes in Frācie regē: Decernūtur illis duo equitum millia. Aderant etiam nūcij regis Castellę, quibus pro tempore, quod in rem uidebat est respōsum. Sed & principes electores, missis solēnib⁹ nuncijs, que ad Romanorū regnū pertinēbāt deposcere. Summa autē cura regis fuit, grariū instruere: ut gerendi belli neruus in expedito esset: In quam rem cōuocati status Flandrię, claustrales, ecclesiastici seculares, magnū es deposcebant. Spirituales quidē, quod iuris erat obtenderant: se non posse nisi consulto summo pontifice, in ea re quicq̄ cōstituere: facturos tñ de benignitate, quantū iure sinant, si suis libertatibus restituātur: Flandrię multa causantur, exhausta populi uires, crebris cōtributionib⁹: iam non esse in eorū facultatibus quod elargiātur: Quippe qui annos octo sub Karolo, & nunc pene decē sub ipso rege multa exanclāssent bella: Nam annus tum erat septimus & octuagesim⁹. Sed res tum infecta permāsit. Crescebant autē in urbibus Flandrię uehementer primū murmura, deinde aperte indignationes, q̄ soli Flandrienses emungerentur argento, reliquas ditiosnis terras perdurare immunes: non se aurī montes alijs habere maiores: finem aliquando fieri oportere exactiōnū: alioqui, si perseueraret emūgere uehementer, sanguinē aliqñ profluxurū. Ea tum in urbibus murmura uolūtabant.

CA. III.

Interim ne in Saxonia quies erat. Nam Ernestus Magdeburgēsis archiepūs & administrator Halberstadēsis, cum inueniret iustam indignationis causam in ciues suos Halberstadenses, paratis copijs ad iuga & plenā obedientiā eos armis adigere cōstituit: Nam iudicium in urbe, quod impignoratū ab episcopo tenuere, ad redemptionem, quam ille parauerat, uenire non sinebant. Tum uero prefecturam in parte urbis, que iuris esset episcopalis, illi non permisere. Cuncq̄ intra urbē male essent unanimes, intestina seditione laborātes, paratū habere & promptū negocium uidebatur: Duplex nimirū gerendi belli cōmodum erat pontifici: q̄ sciret Halberstadenses ceteris Saxonie urbibus esse inuisos & exosos: q̄ se ab eorū cōmuniōne dudum retraxissent: Deinde q̄ intus feruēte discordia, non unum sentirent. Igitur post diuī Jacobi diem festū, duxit in eos: Vallabat oportunis locis urbē obsidione: & immixtis per tormēta lapidib⁹ non paucis, muros deformauit & mœnia. Exierat magna pridem pars capituli, suo episcopo non refragatura: Remansit tñ decanus, qui diuīnum in ecclesia officiū tueretur. Erat autē uir nobilis comes de Queruorde, iam ipsa canicie uenerabilis, qui familiā suam cum ciuib⁹ iussit mœnia tueri pro uiribus: Cum in eo deprehensi necessarij belli articulo, quid facerent: Aliq̄diu sustinere obsidionē. Cum tñ non haberēt qd foris spera-

rent a quoq̄ defensionis presidium, extra cōmunionē cæterarum urbium
 • positi, & potentiā hostis sui, quæ cresceret quotidie animo perpendentes,
 deditionē fecere, gratiā domini sui implorātes. Accepit ille urbem in po-
 testatem, & omne ius gubernandę ciuitatis a cōsulatu in se trāstulit: Con-
 stituit indices, scabinos, & omnia moderatur ex hoc die pro arbitrio. Ca-
 lamitosa ciuitas luit damna imprudentię suę, & improuidę defensionis in-
 tus & foris. Iam omnis mercatura deperit: Quisq̄ suo contenti, non que-
 runt augere patrimonia: Viuunt in diem: nec est qui deformatos muros
 cum mœnib⁹, aut euret, aut cogitet, aut possit reparare. Ita se res in hodi-
 ernum usq̄ in ea urbe quondā florente habent. CA. V.

Enricus interim Wilhelmi filius, dux Brunswickcēsis, qui prima
 h suę militię studia declarauit Hildesemēsi bello, princeps ad arma
 natus, nec minus animo q̄ manu promptus, iam feruescente bel-
 lo memorato, in Magnopolim cum paucis contendit: & in arce Zwerin,
 Margaretā Erici Pomeranię ducis filiam, germanam duarum, quę cōiu-
 gio erāt sociatę duobus fratribus Magnopolensiu ducibus, Magno atq̄
 Balzari, cōiugē accepit. Sed hoc primū anno p̄fect⁹ in ei⁹ occursum, cū
 eam deduceret Bugslaus germanus eius dux Pomeranię octingētis stipa-
 tus equitib⁹, qui armis fulgerēt: Ea dos erat Germanæ, ex cōstituto, uxo-
 rem excipit: eaq̄ in tutū dimissa cum dñabus & puellis, ipse expeditum
 agmen suum iunxit Bugslao, & una mouētes copias suas, duxerūt in Ho-
 nouer, opidūq̄ armis terruerūt: q̄ bello Hildesemēsi necdū pacato se im-
 miscuissent. Immittūt principes tormentis suis saxa grandia. Sed ciues in-
 territi, muros & mœnia opidi sui defenderunt: nec tñ prouerūt temere fo-
 ras. Vbi iam aliquot diebus frustra opidū tentassent principes, Bugslaus
 dux ne incassum uenisse uideretur, inter comitē de Retberge, & cōcapti-
 uos eius, coepit ex una, & ducem Hēricum ex altera tractare: perfecitq̄, ut
 comes cum cōsortibus expromissa ingenti pro sua suorūq̄ laxatione pecu-
 nia de captiuitate prodiret. Nec diu post proxima bruma finitū est omne
 bellū Hildesemense, qualicunq̄ transactione: Cōpensata damna: captiui
 coequati, & ut fieri omnes exoptauerē, in suā quisq̄ dominationē, aut etiā
 a libertatē repositus, alterna iura recognoscebāt. Per eadē tempora ali⁹
 Henricus dux Luneburgensis, Ottonis filius, tum accepit cōiugem de do-
 mo Misnensi Margaretā, solennitate nuptiarū peracta in opido Tzelle, &
 in arce illius præcipua, quā illustrauit multorū presentia principū. Ernesti
 ducis Saxonie ea erat filia, germanā habens reginā Danię, & fratrē Erne-
 stum archiepūm Magdeburgēsem, necnō Fridericū electorē, & Iohannē
 duces Saxonie superioris, alios germanos. Quo etiā tempore, Wilhelm⁹
 dux Brūswickcēsis Hērici pater, cum non eque ferret insolentiā Westpha-
 lorum ultra Wiseram, oppugnauit & cepit arcē, quā uocāt Hemelsche-
 borg, non longe ab Hamelen opido ducū memoratorū, ad ripā dicti flu-
 minis: Eiectus est castellanus: imposuitq̄ dux ipse presidium suū. Aderant
 arma ciuitatum, quę illi duci parerent: Brūswici, Gottinge, Embice, Nor-
 hem, Honouer. Tñ primū Brūswickcēses sacramenta prestiterē Wilhel-

mo post Wilhelmum patrē. Eodem quoque tempore constituit Ernestus archiepiscopus Magdeburgensis, cum arma suorum militarium atque urbium cum bellicis apparatusibus in expedito teneret, oppugnare arcem Weueling. Intercepere rem principes Brunswickenses, Wilhelmus pater, & Henricus filius: Effugitque est, ut qui inerat arcis prefectus, mox abiret, euacuans presidium: Electus est utrinque comes de Stalberge, qui arcem seruaret, donec inter memoratos principes de cuiusque iure super ea re ad plenum conveniret. VI.

Maximiliano Romanorum regi nova indies bella crescebant in Flandria: cum gravarent Flandrię membra ad commune erarium constituta pecuniam comportare. Reiecere omnes omnia in Gandaveses populosiores: qui & solerent, & possent eam causam potentiorem sustinere: in qua urbe responsum se daturos ceteri asseuerabant. Rex prevenire constituens orituram seditionem, Gandavum contendit, ut populum sibi prepararet. Sed ubi intellexit iam aversos sibi illorum animos, contendit Bruxellas: Illic quoque iam inveniēns respectare ad tumultum, quia non nisi prefinito numero militum premissus est introire, rediit in Flandriam, iam magis, atque magis omnia sibi cooperiens adversa. Igitur contendit in Zelandiam, unde statuto tempore reuersus est Brugas audire responsa Flandresum in Maio, super comportando erario: Que cum non satis placita darent, minas pro sua consuetudine intulere Alemani, animati, quod audirent res prospere geri in Britannia, & quod rex Hispanie maximam victoriam pergisset in Granata, nostri temporis rem omnium clarissimam: Decennio fertur continuato laborasse rex in eo regno, & urbibus eius novissime in urbe omnium primaria Granata expugnanda. Interim Romanorum regi inter multa prospera quedam se immiscuere adversa: audiuit enim captum a Francis oppidum sancti Andomari furto, cum nauiculis passim noctu introirent absconditi a fratribus sancti Bertini, donec multiplicati insurgerent. Vix pauci ex regis elapsi rem pertulerunt, & ordinem gestorum exponunt: quod male uolentibus incolis, & ad Francos inclinantibus, superata sit illorum diligentia: nam ceteri, aut meri, aut celi perierunt. Gandavi quoque commotio facta est ingressis exulibus, quos pridem proscribere: sed paucis punitis, statim conquieuit: cum Gandaveses Romanorum regi se parituros ad omnia sponderent. Morini quoque custodes pro Maximiliano rege cum infestarentur, misere nuncios regi, nisi missis auxilijs roborarent, importatis armis & comestibus, non se posse diu rem sustinere. Vtrinque illis permittitur. Rex e Zelandia Teuremundam contendit: ubi facto conventu ad consilium, audiuit de adversis successibus Martini Nigri in Anglia: qui dum ipse misceret incendia, cecus esset cum omnibus copijs quas haberet: Non enim satis aderat in expedito, qui fauores & arma pollicerent pro filio ducis Clarencie: cum rex Anglie quadraginta millium ducem exercitum, presentis regis Romanorum Heraldus fertur dixisse post conflictum: Grates inquit debemus Romanorum regi, & magne ducisse Burgundie, quorum opera sit ea strages peracta: ostensis caligis eiusdem Martini, quas Margareta ducis Karoli relicta multis preciosis margaritis exornauisset. Mituit alius Clarencie ducis filius captus in Caliam: ut abesset cognationi sue pro eo tumultu.

anti, qui aloqui uidebantur omnino non quieturi. CA. VII.

Irca Morinū peruigil cura fuit Hispanorū militum cuncta tueri.
 c Franci duce Philippo Desquordes ueteri Flādrigē hoste, non solum hoc opidum, sed cunctā Flandriā ope Anglorū, qui iam infesti erant regi Romanorū (presertim q̄ modernus Angliæ rex Henricus VII. ex Frācis ortus, ab illis non est passus diuidi: unde orta est illa difficultas permittendi Flandrijs inducias quas sperabant) sub leges mittere. Igitur maritima opida Flandrię, Grauelingā, Dunkerken, Nouūportum iussit rex Romanorū diligentī⁹ asseruari: qui nauibus apparatus expectabant hostes: nam ueniētes excipere cōstituerunt: cum interim idem Philippus Desquordes, magno per Frāciam parato exercitu, properabat Duacum, Insulam, Morinū, armis pulsare: Sed in alijs frustratus, in Morino prosperat, deditib⁹ se passim incolis: q̄ uim militū qui inerant, sustinere haud possent: Itaq̄ multis cęsis, atq̄ captis, pauci euasere. Ad opidū Betuneę, quod in Arthesia rex Frācię dedit dño de Penis, ad cōpensanda que pro ipso amisit in Flandria, fraudē struxit Philippus: Nam literis adulterinis uocauit nobiles de Flandria, quasi traditur⁹ eis opidū: Illi credidere, armis iam ad sumendū in potestātē opidum apparatus. Venerat cōstitutus dies: Dux Gelrię Karolus iuuenis, qui tum primis in armis Romanorū regi militabat: Engelbert⁹ de Nassaw: Philipp⁹ de Rauēsteen, magna stipati manu uenerant, opidū ut sperabāt acceptūri. Pandūtur Francorū insidie: sed tñ magnū preliū cōseritur. Cadūt multi de Frācia nobiles, in quibus frater Philippi Desquordes: Verū illis cessit uictoria. Capiūtur Karolus de Gelria, & Engelbert⁹ de Nassaw: Vix elabitur Philipp⁹ de Rauēsteen, suorū periculo redemptus: Sic peruenit ad Frācos Karolus Gelrię dux. Victoria nunciata Parisium, letitiā peperit ingentē. Sed funestus aderat nūcius de Britānia, qui regis fugā, militū cladem, armis & peste factam detegēs, letitiā omnē subuertit. Inde uero Frāci cōuersi in Leodiensem puinciā, ducibus de Arbeog dñis, igne & ferro omnia defœdauerūt. Romanorū rex aduersa corrept⁹ ualitudine adesse non potuit: sed Philippo de Rauēsteen Flandriā tutandā permisit: qui uindictā de hostib⁹ sumere polliceret. Nō quieuerē interim Frāci duce Philippo Desquordes, quo minus Flandrię a sancto Andomaro imminerēt. Sed diligentia Philippi de Rauēsteen curantis omnia diligētissime nihil p̄fecerūt. VIII.

Isit interea regi Romanorū Fernādus rex Hispanię, uictor Græmate, solēnes oratores, offerēs fœdera & mutua præsidia: si Philippo filio suo Maximilian⁹, filiā Fernādi acciperet uxore: & uicissim filio Fernādi Margaretā Philippi germanā, que nūc in Frācia tene ret cōiugē pmitteret. Interim ad bella in Gallos. X. millia militū pollicet ipse cum Britonibus ab occidua parte inuasurus prouinciā. Sed cum res in deliberationē est posita, quæ tñ postea illos utrinq̄ habet exitus. Interea cum ageret de augendo erario inter tres stat⁹ Flandrię, militaris quidē ordo cōsensit: Spirituales si iusticiā solito more debitā de iure consequantur facturos pollicētur quod poterunt, non ad sustinenda bella, que

sunt illis interdicta, sed ad intertenendū regis statum. Popularis autē stat⁹ oratoribus Gādauensib⁹, nihil cōtribuere gerendis bellis respōdit, sed sustinendam pacē cum Frācis initam putauit. Si tñ opus sit collatione, ad pacem non ad bella polliceret subsidia. Gandauēses hoc dato responso abierunt, & destitutis in sua ciuitate, qui autoritate principis ius redderent, ipsi sua temeritate nouos crearunt legillatores. Tum uidētes rem omnem inturbari, fugierūt optimi quicq; de urbe: Reuocati sub pœna cōfiscandorum bonorū non redierunt, uitā rebus preponētes. Miserūt qui gubernacula apprehēderant uxores cedentiū post illos, cū liberis, ut una exularent. Rex autē Francie iam ad pacē respexit, offerēs futuro socero suo Atrebatum, Betuniā, Ariā, Andomarū, Bipalmes, & omnia citra Sōmam fluiuium: quę tum dicitur oblatio cōtempta: uiderint qua prudētia: Gandauī interim grauiter tumultuatū est: q̄ exules redierunt rege inuito, nec uidebatur urbs regis mandatis paritura. Brugis autem colligitur es promissum per capita iuxta facultates singulorū: ut regie cōtributionis effectus impleretur: Sed tñ donatiua non prouenerūt stipēdiarijs, quibus ingēs undiq; pecunia corraderebatur. Rex a clero impensas postulat, quas fecerat oratoribus ad urbē missis, duodecim aureorū millia. Ille respōdet: Si pax cum Frācis seruetur, & clero iura libertatis per omnia restituatur, uidentum illis quomodo ad octo millia perueniāt. Gandauēses uocant clerum in cōuentum: Non cōparēt: Rogāt ut interueniat nouę turbationi: Non audet se tantis rebus interponere, sciens quid pridē indignationis utrinq; reportauerit. Intelligens rex rem omnē spectare ad nouam rebellionē, q̄ membra Flandrie iterē resumerēt gubernationē, clam firmat opida pridē sibi parētia, Teuremūdā, Alostū, Aldenardū, Curtracū, Insulas, & Duacum. Gādauenses in Hulst duxerūt: q̄ capitane⁹ eorū quosdā ibi pridē ex suis amisisset Albicapuciatos (Sic enim uocabāt quandā suorū societate) Iohānes Capenolle profect⁹ ad Philippū Desquordes in Atrebatū, quingētos inde milites eduxit, pollicēte Philippo, q̄ maiori mox manu sequeretur. Sed in Hulst & Aldenardo Gādauēses non profecerūt: Postea tñ Aldenardū arte quadā in suā redegerūt potestātē: his em̄ opidis maxime indigebāt inuehēdis ex Frācia frugib⁹, alioqui fame excruciatū. VIII.

Interea ciues qui Brugis pro rege stabāt, missō fideli nūcio, insinuarūt illi: nisi accedat populū oēm in rebellionē Gādauensib⁹ accurrere: Arbitrat⁹ rex presētia sua ciues terrefacere, aduolauit: nā ex maioribus quidā regē ad ingrediēdā urbē inuitabāt, afferentes & id ex aīo arbitrātes maiorē populi partē, si adesset, protinus accessurā. Introiuit ergo Brugensem urbē rex, Petro Longocollo eius inibi schulteto ducēte, cum non multis, foris manere reliquā manū quoad iuberet insinuās. Per quod tempus in opidū Curtracū uocatus Philippus de Rauēsteen per Iohannem de Horne regi fidelem, non differt profectiōnē, sperans arcē, quā tenuere Gandauenses, capere: lam cum Hadriano de Likerken Gādauensium capitaneo symbolū in opido fecit: Inter prādendū consurgens dissimulanter Iohānes arcem ingreditur, janitorē cōfodiens, Mox animo uol

uens Hadrianus quod fieret, sequitur precedentē, & iam portis seratis oppugnabat arcē: Nihil armorū in presidio reperit Iohānes, unde arcē tueretur, & quo posset oppugnantes abigere. Recepit non magno negotio arcem Hadrianus, magno suorū stipatō comitatu: Iohānem cōfodit: perinde Philippus post ueniēs frustra: Qui cōperto q̄ rex quoq̄ Brugis non prosperaretur, Slusam se recepit, inuictam in arcem: Nam rex Brugis, ut erat cōstitutum, armatus primo mane apparuit ad domū Scabinorū (Burgā uocant) sperans iuxta condictum cōfluxuram ad se plebem. Sedebat quisq̄ domi, proprio intentus labori. Insonuit rumor per opidū regem stare armatum ad domū scabinorū, proclamatur ad arma, quādo quisq̄ suo timebat capiti: non enim instructa plebs erat ductorib⁹: Tum qui regē introduxere, ubi uident ad arma cōclamari, nec ad stipādum, sed oppugnādū regem cōcurrere, male sibi timētes, quærūt latibula. Incōpositū uulg⁹ infinita multitudine regē circūfilit fremēs: nā qui cū rege starēt, cōparuere nulli. Cōcurrit in forū authore decano fabrorū lignariorū, q̄ pridē pro leui uerbo ad delationē mimi quidā ex eorū ordine esset decollatus, regem sumpto in foro consilio adeunt: Opus, inquiūt, uideri, ut paulisper utatur patientia, uolens eat in liberā custodiā: Nam aulici sui iam pene omnes auferant. Primū in domū Velle: deinde in Craneborg: nouissime in domum Iohānis de Grossis audientiarū regē incluserunt. Alemanis eiectis, nobiles qui in comitatu regis erāt in eo loco honorifice detinent. X.

Igilia erat Purificationis diuæ Marię, incipiente iam pridē anno octuagesimo octauo post millequadringētos: Capti nōnulli ex ciuib⁹, qui regi talia suggestisse putarētur, ut ui armata in ciues ueretur, truncati sunt. Schultetus ipse diu latuit: Euocati Brugas Gandauenses, ad magnū inceptū aderāt, maiori numero q̄ sperabat: Exclusi tñ multi sunt urbe. Alij etiā qui ingressi sunt, auertūtur a cōsilio maligno qd cōceperant. Qui de cancellariā regis erant, & alij de cōcilio ecclesiastici, missi sunt Gādauū. Rex a Brūgētib⁹ aditus, lachrymas ante uerba dedit: Collachrymati sunt qui uiderunt multi. Ostensa sunt ei plurima, quæ ille se ignorare faterē: Rogabat, ut uita illi salua sit: Promittūt omēs sanguinem suū dare pro illo, ne quid mali patiat. Interea Gandauēses iuxta opidum Hult detrimēta sustinuerē nō parua, in glaciē mersi, dum oppugnarent. Inde uero cum cōmeatus intercipere conarētur, celi. Tum uero rege in custodia manente, Gandauēses cum alijs Flandrię membris resumpta administratione, Ipris & Brugis novos magistratus erigi curauerūt. Interea Iohānes Capenolle, ut ad regē Frācię nūcius Flandrię mitteret est annis, reclamātibus nōnullis: Non oportere Philippū principē suū hereditate auita depelli. Matthias uero Speiart qui semper pro rege stabat Romanorum, Brugis deprehēsus, Gādauum perducitur: ibiq̄ excruciat⁹, in quatuor uelut patrię proditor discinditur. Brugis Iacobus de Dudenzel gladio per tumultū ceditur, multa offerens, sua omnia exhibens, ut nudus peregrinari sineret: cum pro eo religiosi ordinū, nationes etiā mercatorum interuenirēt: Sed frustra omia. Iacobus de Here trūcatus. Nicola

us de Helst, pridem pensionarius, cum alijs excepit mortis sententiam. Sed iam sub ictu gladij acclamante populo, misericordiam, meruit uitam: Sed a morte, ppinqua concceptum colorem nunquam posuit. Interim nobiles indignati pro rege capto, aduersus tria Fladrię membra que potuere molunt: accepta custodia opidorum. Captus deinde ad medium ferme quadragesime, qui multum querebatur schultetus Petrus Longicollus, diu illis ludibrio fuit: Ita in foro circumduxere per tentoria, ubi ciues uelut in castris excubabant, ad singula irridetur: Inde uero cruciatibus misere in foro examinatus in tormento, quod ipse pridem faciendis questionibus excogitasse crederet, post omnia celsus est gladio uir etiam maior digno loco pro ingenio & diligentia, sed uita dignissimo, quem furor popularis ceperat odisse: nunc uero magno si fieri posset, a morte mercarentur. Sed irremeabilis a morte uia est. XI.

Imperator cognito filij miserabili casu, contraxit concilium principum: Missus est Wormaciensis episcopus in Brabantiam ad Philippum nepotem asseruandum: Multa pro liberando rege tentata sunt frustra. Scribit summus pontifex, & intentat censuras, gladium suum: sed nihil profuit apud pertinaces. Gandauim interim magna cedes bonorum ciuium: Nam quisquis pro rege uerbum unquam molle emisisset recoleretur, suspectus habebatur, & patrię proditor. Venerant auxilia belli gerendi a Britonibus: sed capto iam rege nihil fieri potuit: Triste ubique insticium. Philippus Desquordes, ut bellum suscitaret ex bello, Karolum ducem Gelrię captiuum suum, ad instantiam Renati ducis Lotharingię, qui sororem eius iam coniugem teneret, per Lotharingiam misit in terram suam: Quieuit ille aliquodiu, dum Romanorum rex alijs, quibus erat implicitus laboraret: Sed post aliquantos annos oppugnatus, quod mox dicemus. Inclusus ergo rex Romanorum Brugis asseruabatur: & que fieri poterant, aut comminando, aut sequiendo omnia contemnebantur. Tentauere aliquando Gandauenses, aut blandimentis, aut uis publica regem ductum in manus ponere Francorum. Id cum resciret, orabat Brugeses cum lachrymis, ne ullo pacto sineretur: Polliciti sunt illi ex fide, & ex animo curauerunt, aucta uigilum manu, qui regem custodiret. Temperatum est interea foris ab atrocioribus motibus, ne quid per eam occasionem grauius in captum regem constitueret. Erat multo tempore inclusus, donec Brugesibus uideretur rem pro suo arbitratu componere. Non destiterunt Gandauenses aduigilare, ut siue uolentibus, siue nolentibus Brugesibus, regem adimerent. Sed cauerunt hac de re Brugeses, non modo propter regem, sed etiam sua causa: certi quod rege apud illos manente, pacem pro sua uoluntate essent habituri: Nec omnino spe sua frustrantur. Equidem, cum illis iam esse tempus uideretur, regem iureiurando committunt, adhibitis quibusdam ex prima nobilitate cum illo iurantibus omnia que facta uiderentur ex animo remissurum, nunquam uindicaturum. Id suo, & potissimum Philippi de Rauensteen iuramento firmavit, ac uenerabile Christi corpus in eam rem desumpsit. Ita tum carcere laxatus: Utinam ueteris Ioseph similitudine, iam primum in orbe Christiano, totique mundo futurus salutaris princeps. XII.

Ridericus autem pater, iniuriam & contemptum sui, que perpeffus est in filio, & regno irrogatam contumeliam, protinus abolere non potuit.

Immissis armis magna Flandriã clade inuoluit, regē ad oīa quiescēte. Sed tum Philipp⁹ de Rauenstein, qui sacramēto suo omnia cū rege firmasset, ut ostenderet, non sua uoluntate arma renouari, derelicto rege, quē prim⁹ ipse semper ad ea tempora ab initio recōciliationis sequebat, arcē Slusę accepit in potestātē. Hic est port⁹ ille Gesoriac⁹, de quo in Ptolomeo: Flāndrensib⁹ ex illo die equior. Superuenerat tum noua causa, noui belli mox futura radix. Moneta currens (ut fit) bellorū tempore leuior facta, supra modum ascendēte auri ualore ad argenteos (stupheros uocāt) sexaginta: Inde precipiti uia redigi tentat ad uiginti: Visa est cūctis ea tam grādis & subita nūmi estimatio, nimiū dāni oīib⁹ importatura: cū essent in utraq^{ue} parte nobiles, sua utrobic^{ue} lucra uenantes. Nam alij leuaturi graue nūmi pondus probabāt, ut uiginti soluerentur pro aureo: soluturi aut min⁹ uolebant. Res diu fluctuabat: Cessissentq^{ue} uoluntati principis bonū ualorē requirentis maiores in populo, & magno suo detrimento, pacem uolentes coemissent: Sed uulgus instinctū a nobilitate sua lucra quērente, nequaquā induci potuit. Iterum nou⁹ tumultus: renouata pristina bella. Philippus de Rauenstein, quē dixim⁹ apprehēdisse Slusam, iam aperte a rege desciuit partes plebis Flāndrensium amplecti: & opido Slusa cum utraq^{ue} arce cōmunitis, diu restitit reliquę nobilitati. Terra maric^{ue} pugnat: Validā manū cōtraxit Philippus in opidum: naues habuit expeditas non paucas: Satellites collegit ex Gallis, Germanis, Danis, manū collecticiã siue gregariam: Curauit fruges importari a Frācia: Diu eã rem fortiter sustinuit. Cum terra uastaret a regijs: Ipse in mari grassabat. Ad opidū quod inter Brugas & Slusam mediū est (Dam uocant) tentatū est ab regijs, si possit intercipi, ut cōmeatus prohiberent a mari ad urbē. Ibi cecidit bona pars Germanicę nobilitatis, frustrata ad opidum capiendū: cum intus uigilarent diu taciti & inuicti, donec sub ictum haberēt omnes: Et pstrati sunt uiri, nullo precio aestimandi, quia nulla re coequandi, quos socij ad tumultum rapuere.

CA. XIII.

Libertus Saxonie superioris dux, qui uidebatur neutraliter agere, nec se bello immiscere, Brugis postulauit pacific⁹ cum aliquantibus, qui timeri non possent armatis intromitti, q^{ui} haberet rem cū maioribus colloquio dignā & serio agendā: premissis qui hospitia curarent, & cibis parandis intenderēt. Non dubitauere Brugeses etiam maiorum armatorū numerū admittere in urbē populosam, præsertim q^{ui} audirent & crederēt in urbe pnoctaturū: nemo cogitauit de eo quod ille parauerat stratagemate: Ipse ergo cum expedito suorū agmine cōtinuo insequitur præcedentes: Et primi quidē hospitia petiere simulantes q^{ui} ad manendum introissent. Ceteri interea cōtinuato ordine opidum pertrāsibāt aliam portā, quę ducit in opidulū memoratū, mille passib⁹ distans: quod Aggerem, ut diximus, uocāt: Et primi agminis iam portā tenebāt opidi se predicti, cum nouissimi nō longe Brugis abessent, cōtinuato tñ in sequentes itinere. Qui in opido erāt custodes, nihil mali a Brugis metuentes, arbitrantur sibi mitti præsidium ab amicis: ita nihil mali suspicantes opidani

Dam opidum amiserat: Et quod ante armis sepe tentatum expugnari non poterat, tam leui nūc occasione Brugēsi⁹ deperit: inq; eo amisso omnis fortuna belli cōuersa, Brugēsi⁹ cepit aduersari. Nam inde interclusus erat a mari, cōmeatus fameq; laboratū est insigniter. Accessit altera causa belli tum finiendi, q; stipendiarij Slusis cum Philippo de Rauēsteen inclusi tumultuari uiderentur, ob nescio quā causam: Sed in hoc genere hominum causam tumult⁹ querere superuacuū est, quod ad omnē uentū cōmouetur. Capiti igitur suo timēs Philippus, & iam Brugēsi⁹ suis aut prodesse, aut adesse non ualēs: utraq; de re ad pacē inclinabat: Solus ille cum solo de Nassow comite pacis leges cōscripsit. Tum Brugeses, ut stipēdia soluerent militib⁹: argentū quod quisq; domi factū habuit pro uirib⁹ facultatum in cōmune cōtulerūt, deficiente nūmismate: Nam omnis exhausta erat pecunia, appensum est in statera in gris debiti estimationē, & traditum leuissimo est hominū generi, ut abcederet. Ita tertiū quoq; bellū est finitum: ciuib⁹ ad magnā calamitatē pene omnibus perductis. Sic eat qn̄ certa ratione gubernati non passi tumultuātur, discāt malo suo ad tolerabiles redire cōditiones: Flādria sit exemplo uicinīs prouincijs. XIII.

Er ea tēpora in Brunswico urbe Saxoniae primaria, immissus est p̄ spiritus uentiginis in capita multorū: ut in publicis cōuentib⁹ tumultuati ciues, magnā partē cōsulatus suo arbitratu destituerēt administratione: nouis pro libidine surrogatis: quibus adicere uiros uiginti quatuor ex ciuib⁹, qui rebus gerēdis & capiēdis cōsilijs interessent. Ea res liuores in populo plurimos parturiuit, dum destituti cū omni sua cognatione aduersarentur ceteris, qui uel gubernacula tenuere uel suę de honestationi dederint alimentū. Vetus in urbibus malū, dum quisq; ordinis sui obliuiscitur: nulla adhibetur a p̄sidentibus modestia: nulla deinde a subditis in longū p̄stāt patientia. Ita primū odia, deinde iurgia, deum nascuntur intestina bella: quę omnes p̄cipuas urbes subuerterūt. Quę res eodē ferme tempore, per annū a Christo octauū & octuagesimū post millequadringētos, in ueteri marchia claruit multorum detrimento. Nam in Stendalia dum male parerent ciues senatui, efferrenturq; ad disturbandum publicū cōcilium: iam imminente illis lohāne Brandenburgensi marchione principe electore: Qui per districtū omnē axiam, ut appellant, cōstituit de cereuisia, nec satis illi annuerēt a subditis: interueniēte turbatione, quam diximus, intestina: cogebātur maiores inuocare principem. Qui egressus ualida armatorū manu tumultuātes repressit, & capita gladio puniuit: instituitq; diu recusatā axiam per oēs urbes Veteris marchię facili usus, p̄gressu per intestinā ciuiū discordiā. Erat per ea tēpora impacatum mare, cum Phrisij illi capitanei ueterem instituerēt quęstū: Specie quidē Hollandinos persequendi, sed re uera, ut cōpertum erat, qui illis militarent, nullo nauigātium incōmodo abstinuerūt. Hamburgēses qui crebra utuntur nauigatione per littora Phrisię, Hollandię, Zelandię, cum incursionib⁹ uexarent, iam ante sepe per literas aliquñ in cōventionib⁹ cū dictis captaneis quęsti, nihil serius experirētur: armauere aliquot imposi-

• tis stipendiarijs naues, & in mari quærentes, inuenerunt non cõtemnendam manum gregariorũ: Pars iam per littora uaga ferebatur: pars portũ in nauibus asseruabat. Cum cernerent urbici stipendiarij, quod gen^o hominũ reperissent, aggrediuntur ut caperent. Illi capi non passi, cum nihil hostile præ se tulissent, se uentur: Capiuntur tñ, nec atrociter se, ut dixere, defendebant: q̄ illis periculũ uitę in ea esse captiuitate non formidarent. Inerant aliquot Franci, iam ab illis in suis nauibus capti: Vna perducuntur in urbẽ captiui: Seponuntur tñ Frãci, q̄ iam capti ab alijs tenerentur. Septuaginta quatuor erant, quorũ de capitis periculo certaretur: Impetiti in iudicio, q̄ publicę nauigationis inimici incurfarent omnes pretereũtes: Illi impedio suos nominant in iudicio dños, quorũ iussu bella hostib^o intulissent, ceteris abstinuissent. Studio quesitũ, ut inueniret, quod illis obh̄ceret: Non erat qui accusaret. Ab lōginqua urbe pducit nauita, qui sibi ademptũ, nescio quid, qđ ibi reperiẽbat quereret: Vas erat nō magnũ, ferreis clauis plenũ, uilis precij, cui^o pretextu tot capita dānarent. Miserũ spectaculũ, plectunt omnes gladio. Mens erat terrorẽ grassantib^o per mare iniicere, ut illud sinerent pacatũ: Sed nulla auocant supplicia mortales ab excessibus, q̄ impunitatẽ sibi quisq̄ p̄mittit latere speras inter multorũ facinora. XV.

Ex Romanorũ, iam diu uidu^o thoro, de nouis nuptijs cogitauit.

• r Iam p̄misit filio ditiones auitas, in patriã regionẽ demigrans: ubi illi pater, & patru^o, dedere terras, unde regiũ impleret statũ. Sigismund^o Austrię dux, quẽ illi pro etate & amore patrẽ uocitabat, comitatum Tirolis illi permisit, inuitans: ut secum in urbe Insprug cõmoraret: opulentissimã profecto regionẽ, quæ aliquot centena millia aureorũ prestaret gubernati, ex sale, & argento, quę ibi abundat: quorũ ibi fontes & minere sunt non pauce. Cõuenerat cum Francisco duce, ut unicã eius filiã cum dote acciperet opulenta: Nam ducat^o ille dos erat unicę proli. Misit rex solennes ad cõtrahendum absens de præsentis matrimoniũ oratores, sufficienti mandato suffultos. Interim Frãnciscus dux in fata concessit. Bella nō defuere ab rege Frãcię, qui latissimũ illũ ducatũ, suę ditioni iam uacuum arbitraret: q̄ feudũ esset ab corona. Proceres refraganẽ, & morientis sui ducis mandata impleuere, Romanorũ regi Maximiliano seruantes prouinciã, cum herili puella. Non destitit Gallus oppugnare prouinciã: Habebat, ut fit, in latissima regione qui illi studerẽt: Sed maior pars procerum pro Maximiliano stabat. Venere interim Romanorũ regis oratores & puellam regi suo deportandã deposcunt, prouinciã cõmittentes gubernandam, quib^o eam dux moriẽs permisit, donec ueniẽs rex ipse cũcta propius inspiciens ordinet: Incolume iter ab rege Francorum cum puella, & securitatẽ publicã deposcerunt: Nō negatur. Igitur rebus in prouincia constitutis ex sententia, cum puella & honesto comitatu iter per Franciã inuadunt, freti præstita securitate. Iam peruenere in locũ qui Frãcię regi ad institutum suũ uisus est idoneus. Aderat rex ipse cum aliquot ex regno proceribus: Puellam sibi sisti iubet: dignanter ueniẽtem honorat. Tum sciscitatur ex Britonibus, qui e prouincia illam deduxerant, si omnia legitima

que ad despōsationē puellę ptinerēt, ex psona Ro. regis essent impleta. Illi respōdēt, de uolūtate mortui ducis parētis illi? esse addictā Ro. regi, cetera se ignorare: ad hoc se exisse, ut sponsam regi spōso deducāt. Tum rex cōicato cū suis cōsilio, iubet responderi missis a rege Ro. Ire liceat quo uelint: puellā nulli nuptā, nec per uerba de presenti cuiq̄ de uinctā, suo thoro esse asseruatā. Ibi, uolentē, nolentē, incertū puellam, dñabus de suo regno Remittit, ut inclinēt ad regis assensum, & mox thoro suo impositā habuit pro coniuge, omnib⁹ de more impletis. Tum remittendā Romanorum regi filiam, sepe & multum repetitā decernitur. In uno facto geminū committitur piaculū: propriā sponsam tam diu in primis affectibus habitā, ita etiā ut in nōnullis literis nomē puellę suo cōiūxerit: cōtemnēs, ac reñciēs, & quam non debuit, inuadens, iniuri⁹ fuit in socerū: cui & spōsam ademerat, & in eiusdē filiā, cui thorū diu pmissum abstraxerit. XVI.

Num & idipsum tenue ex iuris superficie querere adminiculum u qui regis Francię factum tuentur: Scripturas scrutant, q̄ procuratores ad contrahendū matrimoniū missi, mandatū habuerint, nō pro se quisq̄ insolidū, sed omnes cōiunctim, cum sit matrimoniū opus personale, nec cadat unū in plures: Magnis regibus non in scelus deputatur, quod minoribus in piaculū: Verumq̄ inuenitur, quod Grecus Anaxerxes fertur dixisse: Leges humanas telis aranearū esse persimiles, in quibus herent muscę, ac culices, Icabrones impune rumpūt peruolātes. Abiere tristes Romanorū regis oratores, que acciderant regi suo relaturi. Puella interim regina Francię ab omnibus habetur: Margareta fratri redditur in Flandriā. Non magnopere fuisse cordi Romanorū regi has nuptias, uel inde perpenditur, q̄ nūq̄ uisus sit tantam iniuriā uel minimo uindicare: Deinde alijs etiam colligitur cōiecturis: Nam cum ad regem sui redissent oratores, relationem faciētes de his que acciderant, eo die quo relata suscepit, equum cōscendens in foro opidi Insprug, Dñica Esto mihi, cōcurrat obuio hasta infesta. Cum interim Sigismūsus dux patruelis, allat⁹ gestatoria cella, ut erat pedibus eger, in medios equites regē adesse innuit: Ille armatus obuiam proficiscitur amātissimo sui propinquo: Et prior: Quid est, inquit pater: quid agitur: ut hoc tempore in publicū prodeat uestra synceritas. Tum ille: Non sustineo, inquit, cernere perniciē capitis uestri, q̄ hodie tribus incurrere, ut ferunt, decreuistis: En proficiscor in uicinum Hallis opidum. Ad quē rex: Non recte, inquit, pater de me predicarūt: Semel liceat incurrisse, & satis sit: Sino, inquit semel, sed tum ne iteretur: Non prorsus amplius q̄ semel refert rex. Quo dicto ille in palatium rediit. Que res indicio est, extremis, & summis sensibus uix hāsisse cordi has nuptias, nec admissas in profunda precordiorū, quibus solent, que ardentur cupimus, pedibus inherere. CA. XVII.

Ngarię rex Matthias lōgo & difficili bello cōgressus Imperatori, q̄ quidā regni archiepūs coronā regni ad Imperatorē Fridericum cum thesauro non cōtemnendo pertulisset, totā pene Austriā occupauit, ademitq̄ Imperatori: illo ad omnia desidēte, & nihil agen-

re: quod bene speraret per Matthie mortem, prout euenerat, omnia in iustam
 successionem peruentura. Sunt qui arbitrantur omnia Fridericum dissimu-
 lanter pertulisse, quo subiectos, sibi minus audientes, alieno gladio perdo-
 maret: Sed perniciosa nimis dissimulatio. Sunt qui ab Imperatore mundi domino
 ignauiam abigunt, quod omnes debemus, eius facta semper honesta ratione in
 melius detorqueutes. Sed non diu supererat rex Matthias huic per Austriam
 uictorie. Vnde factum est quod prudenter coniecit creditur Imperator, ut in
 se ac filium tota rediret Austria. Sed tum uacuato Ungarie regno tempore
 aduenerat, quo de successionem, ac iure suo Imperator cum filio loqueretur. In-
 tenderunt causam nuncijs & literis missis. Magna uero imperia, non legibus
 & iure, sed armis comparantur, & seruantur. Ideo Maximilianus rex, com-
 paratis undique armis, duxit in Ungariam: & accedente illi bona parte procerum
 in regno initia læta belli habuit: ut etiam Albam regalem armis caperet.
 Ab altera parte negabat Wladislaus Bohemie rex Casimiri Polonie regis
 filius, cui tum tertio agmine se opponit Iohannes Albertus frater eius, is qui
 post patrem tenuit Poloniam: quod matrem haberent Alberti Imperatoris
 eiusdem Ungarie, & Bohemie regis filiam germanam, sororem Ladislai no-
 uissimi de sanguine regis. Dum inter se tres memorati digladiantur de re-
 gno, Imperator Fridericus uiuendi finem fecit, de cuius successionem non est
 laboratum, quod iam uiuens habuerit filium Romanorum regem, iam Augu-
 stum, iam Imperij successorem. Sed Ungaria interim inter manuum trium exer-
 cituum laceratur. Scripsere proceres residui, qui Romanorum regi necdum
 parerent Casimiro regi Polonie: quid ita sibi uideretur duorum filiorum ar-
 ma inter se collidere, ad regni subuersionem: Iam illi domumque suam in eo com-
 placitum, quod primogenitum eius sibi regem dilegissent, & tamen fratrem eius
 nihilominus impugnare germanum & regnum: nisi aliter ille rebus consule-
 ret, ut Iohannem Albertum filium alterum ab armis reuocaret, facturos urgente ne-
 cessitate, quod iam fecissent quidam ex eorum consortibus: qui iam Romano-
 rum regi armis coacti cessissent. Apparet autem ex his literis propensiores fu-
 isse in principes Polonos quam Austrios: Siue illis ius & phas deposcere uideretur,
 siue magis complaceret illis in eam familiam, que tum potentissima uideretur: quod
 incertum haberent quid sperarent ex Romano rege: cuius regnum in se diuisum
 quo uergat nihil oportet ominari, quando ueritatis ore declaratum est. Sed
 cum res in eos decurrat exitus, ut Iohannes Albertus exercitum patris iussu
 retraheret, rex Bohemiarum, & armis, fauore preualeret, Romanorum rex
 qualibuscumque interpositis conuentis placitis, regnum Ungarie in manu Wla-
 dislai Bohemie regis reliquit. Ita neque de Ungaria, neque de Britannia sunt
 res prosperate, Magna semper se ostendat fortuna Australibus, sed non sæpe
 prebet perfruendam.

CA. XVIII.

Er quod tempus Henricus Wilhelmi filius, dux Brunswickensis
 iam rerum potitus, patre ad quietem festinante, Brunswici ciui-
 bus cepit onerosior uideri, quam ab olim principes consueuissent: Ha-
 bebant foris ciues prædia plurima: quæ uel principibus, uel militaribus
 olim seruibant: Nunc iam uoluntate principum in manus ciuium deuo-

luta. Ea autem libertate illis prouenerunt: ut neque inde ad obsequia, neque ad extraordinaria munera teneri credantur: quod illæ præferre dicuntur litere, quibus ad tuendum ius suum perfruuntur, Princeps arbitratus equum censeri, ut quoniam tam bona parte regionis in sua commoda perfruuntur, nec in urbe uectigalia, neque impositiones rebus uenalibus patiuntur, acrius institit, ut de tam multis prædijs, uel munera supportent ceterorum, aut in urbe permittant in usus principum suorum fieri rerum impositiones, quas Itali Gabellas uocant: Illis ex aduerso prætendentibus, & litteras a principibus datas, & nihilominus longam qua supra hominum memoriam sunt gauisi libertatem. Vbi iam cœpit in controuersiam res peruenire, friuolum aliquid ex utraque parte cœpit attentari, unde pars altera suum credidit ius roborari: Demum in apertum bellum res exiuit. Credidere Brunswickenses uanas esse minas, quas audierunt: Nam illa se esse opum & ciuium multitudine confidunt, quod nihil minus quam obsidionem formidarent: unde nihil apparabant ad eam rem, neque arma augebant, neque comatus abunde prospexerant: sed ad inertiam suam sedentes, solo sue magnitudinis, quam putabant, terrore, se omnibus esse insuperabiles existimabant. Aduuerunt hanc ipsorum audaciam quidam ex militaribus, siue ingenio detinendi ne quid agerent, siue quod ita crederent: qui ingressi & egressi urbem, nihil minus quam obsidionem moliri principem testarentur. Circuibat interim Henricus dux omnium uicinarum principum domos, & omnes ore appellans, uel ab initio firmabat, uel ante illigata foedera renouabat: effecitque, quod nostra memoria nusquam alibi uidimus: ut omnium uicinarum principum armis & consensu Brunswicum obsideretur. Tum imprudentiam suam socordes sero damnauerunt, qui per tanta tempora nullum belli fecere apparatus. Satis munitam habuere urbem: Id fecit, ut essent segniores, Sed neque satis erant ciues ad tutandos muros edocti, longa pace resides, & animis, & corporibus uidebant. Tum, quod omnium maximum erat, ad perniciem pro multitudine populi comatus exigui: que res in famem uergebat, obsidione in tempus extracta. Oppugnauere aliquot uicibus urbem qui obsederunt: sed non tanta erat in armis fiducia, quanta in fame, quod sciebant nihil illis esse ad perniciem propriam. Vicinum erat obsidentibus monasterium Reddageshusen: In hoc castra sua dux, iam aspirante bruma reuocauit, firmavitque: ut quantiscumque armis inexpugnabile uideretur: Excubias oportunis locis ordinauit, ut aditus urbis obseruarent. Aliquot aliquando facta sunt leuia prelia, & in excursionem peditum, qui iam obsessis accessere, uel in ipsa urbis oppugnatione, quæ aliquando cruenta fuit dum caderent icti bombardis nonnulli. Aliquando etiam fors alternata est: uictoresque cadunt. Ferunt ciues si uiribus usi animis ualuisent, paruo quem habebant militum numero, si ex multis suorum millibus aliquanta iunxissent, facile pares fore obsidentibus. Sed longa illos tranquillitas, & rerum insolentia fecit ad arma ignauiores. Ad instantiam discordiam sæpe fortes fuere: ad externa arma propulsando nihil unquam magnum ostenderunt. Durauit obsidio ex æstate per autumnum & uniuersam brumam: cum omnis spes ducis & auxiliorum eius esset in expugnatione famis:

Sciebant hoc qui foris bene uolebant obsessis. Ita q̄ rebus necessarijs ad importandum undiq̄ in Hildesem cōuectis, cōtraxere ipsi Hildesemenses, quas ex suis uicinisq̄ poterant, uires, & arma, ac Brunswickensibus per nunciū significauere, ut occurrerēt uenientib⁹, omni qua poterāt uirtute: ut cōmeatū etiā inuitis hostib⁹ inueherēt in Brūswicū. XVIII.

Dopidū Payne Hildesemenses cum omni apparatu peruenerūt incolumes: Inde mouentes obuios ex constituto habere Brunswickenses: Nec potuit tantum apparatū dux ignorare. Igitur omni quo poterāt equitatu ac peditatu occurrerat impeditur⁹, etiā cōserta hostib⁹ manu, certus cōfligere: Formēta bellica præmisit in oportuna loca, cū custodib⁹: Ipse cū omni agmine sequut⁹. Iam egressi Hildesemenses cum Brunswickensibus, in copias ducis recta cōtendunt, in eum præsertim locū in quem tormenta collocasset, & cōmissa manu pugnāt. Ibi superiores effecti urbici, ducis primas copias repellūt, & si satis instetissent, impedimenta bellica hostibus abstulissent: Sed seruauere uires suas magno quod cernebant agmini ducis. Igitur progressi in uillam non longinquā urbici, castra sua ex tempore cōmuniūt, omnibus in mediū acceptis: extrema curribus & instrumentis bellicis uallauerunt: dispositis ad iactū bombardis, in eam partem, unde sibi imminere hostes prospicerent: hūc in primis errorem cōmittētes, q̄ pro multitudine suorū angusta nimis loca metarentur, q̄ difficulter se uertere, minus aut possent impedimēta transferre. Dux eius rei non ignarus, suū agmen circumduxit, ea uia sequut⁹, qua illi in uallem descenderant: Iam apparebat cōmissus error, q̄ angusto loco mutare propugnacula non possent: Denso dux agmine mouit in hostes: Primi equites ea steterē fixi pressura, ut non se commouerent. Igitur aliquanti ducaliū, ex urbicorū castris icti bombardis: aliquanti etiā celi gladijs, tam erant propinqui: ut non se in ullam partē possent cōmouere. Insigni ibi ciade accepta ducales retrocessere: Diu tñ deliberauerunt, si iterū adorirentur. Urbici aut cum hostes declinarent, quadrato agmine incessere, parati semper ad pugnā undecūq̄ incurrerent: Illo die Brunswicū ereptum est ex hostium faucibus, in quas iam pene fames cōtrusit. Tum cecidere animi obsidentū: cœpitq̄ inter principes de toti⁹ causē interceptione agi. Cōstitutis primū treugis: interim de cōpromisso deliberatū. Cōstituerē demū causam omnē in manus duorū principū, qui equiores ad omnia uiderentur: Ea fides tum facta est Brunswickensibus. Ernestus Magdeburgensis archiepūs, dux Saxonie, marchio Misnensis: Iohānes marchio Brandenburgēsis, princeps elector, electi sunt ad causam arbitri. Aderant cum tractaretur in Tzeruest duo Henrici principes Brunswickenses, Magnus quoq̄ dux Magnopolēsis: ipsi quoq̄ Brunswickenses cum amicis suis. Forma agendi hęc erat, Audite partes diuisim: primo duces: deinde Brunswickenses absente parte semper altera: Verbū dicentis accipiebant notarij: Ea tarditate pronūciandū fuit. Et quis multa sint intentata, tñ ista uice res ad exitum non peruenit. Alio deinde tempore res a multo minoribus est coequata: ut ex quatuor arcibus, quas de manu Brunswickensium

dux bello cepisset, duæ illi remanerent: Ex duab⁹ alteris, una maneret desolata, Affeborg, equanda solo: Alterã ciues retinerent, cum prædijs suis: Ita tamen, ut subditos se principibus suis agnoscerent: Cetera sunt abditiora, nec manauerunt in uulgus.

CA. XX.

Am cœpit Hêricus dux Brunswickcensis senior, agnominatus cōparatione p̄p̄inqui sui ducis de Luneburgo æque Hêrici, haberi formidabilis: Cōpertum erat ingenij neruis, animi, corporibusq; uiribus, dexteritate cōsiliij, multis p̄ualere: Aboleri iam cœpit ei⁹ rei memoria, quã ante paucos annos nonagesimo post millequadringetos Honouerensibus intentauit. Seruauit memori animo iniuriã ab illis Hildesmensi bello irrogatã. Tunc enim cum aliquãtam iuuentutẽ, cum armaturis & impedimētis cōmodato ex eo opido sumpsisset, ut perinde imparati ores essent ciues ad arma: ubi opus euenisset: cōtraxerat equitatũ & peditum numerum, qui satis esse posset opido opprimẽdo: & sub noctis tenebras adequitãs, cœpit custodẽ in specula: cauẽs nequis se cōmoueret: Tacito collocauit peditatẽ in horrea laterũ: ut iam primo mane ad portẽ refectionẽ irrumperent opidũ, aditũq; occuparent, sequituris equitibus. Dies erat celebris diuæ Katherine uirgini: cum ante lucẽ, nescio quis opidanorum, urbẽ ingressur⁹, uidet latitantes in horreis, & iam pene ad ingressum portẽ clamauit, ne ullo modo portarius panderet urbẽ, hostes adesse, nescio quos. Sonuit de turri missa bõbarda custos: Illico se cōmouere delatibulis: nam id erat signũ apprehẽsẽ portẽ ut prodirent: Prodeũtes aspiciunt se proditos. Tum detecta res exciuit ad arma opidanos: Sed qui latuere q̄ poterant occultissime redibãt: Colloquiũ deinde quesuit cum habitatoribus: Illi renjiũt dicẽtes: Principẽ suũ abesse q̄longissime: male ab redeunte mulctandũ authotẽ eius maliciẽ, qui absente legitimo principe, tale aliquid in opidum duci subditũ attentasset. Fama fuit non iguorasse eundem principẽ, cum post aliquot annos Brunswickcenses duo procõsules, ex cõuentu, quẽ cum nõnullis Luneburgi egerant redeũtes, caperent in districtũ ducis Luneburgensis, cui⁹ saluo cõductu erant p̄muniti. Cõradus de Veltem eius incursionis ductor erat: q̄ causaret quendã ex familia sua immerentẽ Bruũswici publico cẽsum gladio: Auecti cum caperentur, diu tenebant: nec poterãt ullis cõditionib⁹ laxari, q̄uis multa intentaret dux Luneburgensis, in cui⁹ interposita publica fide capti essent priusq̄ interueniret idẽ Hêric⁹ dux Brunswickcensis: Tum enim solutis nõ paucis milibus aureorũ, ex suo quisq; sunt captiuitate laxati. Cardo rerũ ferebatur q̄ Hêrico duci cupido incesserat pernoscedi, quẽ in cõuentu illo cum Hêrico duce fratruẽ eius, a ciuitatum oratoribus acta essent: Idq; innotuit, interceptis inter alia literis, dum memorati uiri caperentur. Sed fratruẽlium principum amor ac familiaritas, ante quidẽ tenuis, ex ea causa non magno opere augebatur.

CA. XXI.

Am Aximilianus interim Romanorũ rex in Italiam ire constituit, Imperij coronam in Vrbe accepturus: In quã rem factu principum in Wormaciã magno conuentu, cœpit agere de illa profectioe,

hortat⁹ principes, qui multi ad eum diē cōuenerāt: ut in eā expeditionem pro Imperij honore se appararēt, accingerētq;: Simul ostendēs, quanta rei Christianę essent discrimina ab seuisimo nominis Christiani hoste Turco. Animauit principes de illustri uictoria, quā nuper Fernandus Hispaniarum rex de occupato Granatę regno reportasset: ut decēnali bello fortissimū regem oppugnarit, attenuarit, & omni dititione exuerit, Christianismo reddens prouinciā per annos fere octingentos possessam a Saracenis: Mouitq; uehementer principes omnes transit⁹ Karoli Frācorum regis, eius nominis. VIII. in Italiā, quā ille sine magno labore pualisset, usq; ad regnū Neapolitanū occupandū: quod etiā armis redegerit in suam potestatem, paucis arcib⁹ exceptis, quę inexpugnabiles haberent. Tum uero cōmunicato inter principes cōsilio: institutum est quo ordine in eam expeditionem sumptus necessarij colligerent ex utroq; ordine cleri & populi, de certa in aliquot annos prouentuū quota exporrigēda. Satis tum salubriter omnia prouisa sunt, multa ad pacem cōstituta: De moneta quoq; quę plurimū inter omnes habebat momenti: tum in certā formā est conuentum. Sed expectata est in hodiernū salutariū cōstitutionū exequutio: Renouatę deinde crebrius principū regni cōuentiones: In Lindow ad locum Euetum: in Friburgū, in Augustam, in Nurenbergā: Multa deliberata: Sed necdum uenisse tempus magnarū ex Germania rerū cernimus. Interim Romanorū rex secundis instruit nuptijs, accepta cōiuge filia ducis Mediolani, eius, quem ante aliquot annos cęsum ferunt in ecclesia diuī Stephani Mediolani: cuius frater Ludouic⁹ dux de Bari gubernacula apprehendens, non facile potuit dimittere, ad inuidiā omniū Italię principū: Qui ubi uidit inde sibi creari negociū, introduxit in Italiā Karolū Frācie regem eius nominis. VIII. ad occupādū, quod diximus, regnū Neapolitanum: ut impliciti Italię principat⁹ proprijs rebus, quib⁹ ab illo rege formidarent, interim sui obliuiscerent. Per quę tempora, perijt uerus & legitim⁹ successor in ducatu, hui⁹ reginę german⁹ frater, qđ certū est: incertū uero, ueneno, an morbo. Ludouic⁹ interim reginę patruus, per Romanorum regem, misso in eā causam cācellario suo inuestitur de ducatu: quod nec pater eius, nec frater unq; poterant ab Friderico Imperatore ullis conditionibus impetrare. Multis in eam rem expromissis, qđ diceret esse Mediolanum camerā Romani Imperij, uacuatā morte Philippi nouissimi ducis de Vicecomitib⁹: Causamq; illam integrā seruabat Frideric⁹ successor: Nec imprudens poterat quisq; regis nostri cōsiliū subaccusare, qđ ad transitum Italię blandiendū erat duci Mediolani: quod ante illū fecit Sigismundus Philippo, & nūc maiori spe faciūdū erat Maximiliano: qđ Ludouicus pridem ducebat in Italiā Frācie regem, inopinato, & insperato superuenientē Florentinis, qđ nullis ante admonitionibus hoc precauissent. Unde factū est: ut restitutis per eum Pisis in pristiuā libertatē, reductaq; familia de Patzis exulante, alia de Medicis extruderet, Florentini multa centena millia aureorū, aut muneris, aut mutui specie regi numerarēt, Romanorum rege simile aliquid ab affine suo prestolāte: In quā rem tam fa-

cile prebuit aurem inuestiturę eius. Sed tum intermisso profectiois instituto, idem rex descendens in occiduas filij partes uidere quid ageret, per sui absentiam fert in Antwerpia crucem sustulisse in pectus cum omni familia, cum preterderet expeditionem in Turcum, sepe animis destinata: sed in exequutionem necdum qualibuscumque impedimentis perductam. XXII.

Ec diu post implicatur magno Switensiu bello (Heluetios dixerunt antiqui) qui ueteri ferunt in domum Austrig odio laborare: quam crucis sepe prelijs attenuarunt, & nunc Fracorum regi deuincti, foedere ferebant, satis contumaces regi Romanorum: cum tamen Imperio subditos negare se non possint. Magnam Suuigie ligam rex induxit super eos, ut armis perfringeret, edomaretque: Sed infrenem populum nulla potuit uis perdomare. Congressi magno nuper prelio fuisse, perdidisseque feruntur magnam nobilitatis partem, comites, milites, & militares: cum ipsi quique non incruentam uictoriam reportarent. Demum renouatis per tractatus foederibus, satis superbo populus regi supercilio dicit obuiasse. Inde rex uersus in Gelriam oppugnauit Karolum, Adolphi filium: quem bello Flandrensi, non diu post mortem Karoli Burgundie ducis, diximus ad Tornacum cecidisse. Hunc filium eius Franci captum remisere (quod & ipsum ostendimus) ante aliquot annos in terram suam. Tentauere ante hac multi illum Romanorum regi conciliare: sed nihil potuit fieri, contendente rege ducatum illum regno Romanorum uacauisse. Vrbes autem in eoducatu non paucę, integram fidem seruauere duci suo, usque ad inanitionem sui plenariam: Militares autem, incertum quibus ex causis, satis ab se alienauit dux: ut magis regi, quam suo principi studerent. Ergo rex assumptis in societatem belli ducibus: Alberto Saxonie: Georgio Bavarie: Wilhelmo Iuliacensi: & Iohanne Cluensi, acri bello ducem impugnauit: Euastata terra, aliquot capte arces & opida minora: sed maiora sese continere. Rex auocat in Alemaniā superiorē, quatuor memoratis ducibus rem commendans, ipse profectus est ad conuentum Imperij in Augustā. Nihil diu memorabile gestum est eo bello. Gregarij pedites, qui se Guardiam appellauere, ubi euastatam uiderunt Gelriam, per speciem non soluti stipendij, se contulere ad Gelrie ducem: ut uersa sorte, uicinarum ducum, Cluensis, ac Iuliacensis terras inuadant. Id cum fieret, duo illi duces pertesi rerum, per medios eggere cum hoste: ut quod ad se pertineret, de omni controuersia starent iudicio regis Fracie. Iam autem mortuo Karolo sine herede, successit Ludouicus (dux pridem Aureliani) proximus ex regum sanguine ad coronam. Is repudiata coniuge, quam specietenus tenebat, filia Ludouici regis, ac germana proximi Karoli, quam nunquam coniugis affectu tetigisset, accepit relictam Karoli: eam, que primo desponsata erat Romanorum regi, eidemque Ludouico aliquando a puella patre Francisco repromissa: foelicem, an infelicem dicam coniugio foeminam: que semper ibi petit, ubi iam alia thorum occupauit. Hic Ludouicus iam rex, mira arte peregit: ut Mediolanenses in suum conspicerent ducem, euocarentque illum, iam Fracie regem. Vbi intellexit dux coniurationem suorum in se ualidam, cedendum tempori putauit: oneratisque aliquot auro & argento mulis concessit in alpes, Brixinam tenens affinis sui regis Ro-

manorum urbem, expectans tempora meliora: Sciebat enim fluxos suorum animos facile exaciandos superbo Francorum Imperio. Interim rex Francie Ludouicus, miro apparatu Mediolanum inuehitur, obuiam effusis cunctis ordinibus: cum ipse medius inter armatorum millia transiret. Constitutis in ea urbe, & in omni ducatu cunctis ex sententia, cum rebus & locis, quos uoluit, profecisset, ille redibat in regnum: Non dormierunt qui pulso duci studerent, cum cernerent Francorum imperia a populo fastidiri: Igitur reuocatus a suis dux uenit, cinctus multis ex Germania millibus equitum, peditumque: facileque fugauit Francos, resumpta pene omnium quam perdidit ditione, usque ad paucas urbes: quas, uel Veneti (singulares amplificandę ditionis magistri) uel alij, occupassent. Ita uersa fortunę rota, iam iterum sustulit in altum ducem Ludouicum. Sed cum Franci non ignorarent fraudes Italarum esse promptas in omnem partem, magno comparato exercitu rex misit in ducem. Iam congressuri uidebantur ex aduerso: cum Switenses (ut ferunt) duodecim millia, qui duci militarent, ab rege oberati, ducem deseruerunt. Itaque dux ipse a Francis captus, iam libertatem amisit cum ducatu. Frater eius Ascanius cardinalis uicecancellarius quoque, a Venetis intercipitur, & in manus regis perducitur: Ita germani ambo capti trahuntur in Franciam, cum aliquantibus ex Mediolano primoribus, ad numerum XL, incertum quo exitu. Hęc pro rei nouitate paucis strictimque attingenda putauit: nunc quod agimus exequamur. Rex ille Francie factus arbiter inter tres duces, causam dirimit: Dux Gelricus usque hodie in sua manet ditione. CA. XXIII.

Albertus superioris dux Saxonie, qui iam dudum in occidentis partibus a Romanorum regi militauit, Hollandicis quoque operas in hostes commodaui, ab ipso Romanorum rege remunerationis loco accepit gubernationem Phrisie occidentalis: cui omnem maritimam palustrium terrarum regionem coniungere destinauit, quod diu Phrisie perdurat in ea uocabulum. Facile fuit immixtis peditibus gregariorum de Guardia, inter se domestico, ut semper, bello dissidentes ad iuga cogere: nam uni sectę addita manus stipendiariorum, expugnauit alteram: Tum ope conuersa in priorem arma tulit. Ita infelicis discordie sue terra poenas luit: que si unum sensisset, non tam facile expugnaretur. Aliquot locis princeps uictor, munitiones firmauit, ut populum in fide contineret. Sed Phrisij fluxa fide populus, quod non diu pro sua consuetudine in sententia permaneret, ubi deflexit Albertus dux, cuius canos cum prudentia reuerentur, filium, quem illis sua uice reliquerat presidem contempserunt: iuuenem, ut aiunt, non totis precordiis arma tractantem: qui in medio preliorum est, ut fertur, alijs pugnantibus, ipse suis indulget amoribus. Sed non consueuere nostri temporis principes primi in acie pugnare, ut Iulius factitabat. Igitur Alberti ducis filium Phrisij in munitione conclusum circumsistunt, sperantes cum omnibus a se facile intercipiendum, priusquam pater arma referat in terram. Interea Magnus dux inferioris Saxonie, Iohannis filius, a patre gubernationi terrarum presertim terris palustribus Hadelerie prospiciens, cum uideret Iohannem comitem de Oldenburg occupasse uicinam sibi Phrisiam, Stadland, atque Blexen, easque terras fir-

mis munisse presidijis, constituit & ipse amplificare ditionē in uicinos Wur-
 fatos, q̄ eius iuri ab antiquo putarent obstricti, inq̄ eā rem cōparauit ar-
 ma. Viderunt hoc nōnullis oculis archiep̄s Bremēsis Iohānes, & ciuitas
 Bremēsis, Hāburgensēsq̄, non passi ducem latius ad mare dñari, q̄ terra
 quam peteret esset iuris ecclesiastici. Igit̄ colloquuti fœdera iungunt, cō-
 munib⁹ animis Magno duci nūciantes hostilia, Hadeleriam inuadunt
 & sui iuris faciūt, p̄ueniētes ducis molitionē. Ibi tum Thietmarsī, qui ar-
 ma sua cōiunxerāt archiep̄scopo & urbib⁹ memoratis, cū cōtumelijs pro
 suo more exasperassent gregarios pedites Hamburgensiu, ab illis miseris
 modis cęsi cadunt, uiri circiter. LXX. Id hodie querunt, & in Hambur-
 gi urbem intentant actionē. Magnus dux possessione terre suę destitutus
 querit̄ apud omnes uicinos principes facile impetrās, ut cōmunib⁹ omni-
 um impensis iuxta fœdera quę dudum cōuenerant, uocaretur de occidu-
 is mundi partibus ea manus peditū, quę Guardia diceretur, ipso tum no-
 mine terribilis, q̄ uastatores terrarū inuicti haberent. Sed docuit exitus
 uiros a uiris uinci posse. Venerat Guardia euocata, & diocesim primum
 Bremensē cōstituit peruastare. Sed cum ex Oldenborg Visurgū trans-
 mittere non posset, brumali p̄sertim & niuali tempore, excubātibus eti-
 am in altera ripa ipsis Bremensibus incolis, retro tulere pedem: & per uici-
 na opidi Wildeshusen in Verdam urbem duxerūt, facile, cum Verdensis
 administrator, Hildesemens ep̄s ibi restitisset, si alienam causam suā fa-
 cere uoluisset; cum non ignoraret multorū principū illis adesse manū. Igi-
 tur ad cōfinia diocesis Bremēsis, ac terre Luneburgensis deducti, insigni
 diu fame excruciant: Opida Stadiū & Buxtehude, ne unq̄ oppugnare co-
 nati, q̄ non tenerent impedimēta bellica expugnandis urbibus: simul ex-
 pectantes, ut gelu constrictis omnibus undis, peruium ubiq̄ iter inueni-
 rent: Sed miserante Deo, non fuit ea perferantia gelu, ut itinera durarent,
 uariantibus quotidie aeris qualitatib⁹: ut biduano frigori tantūdem tem-
 poris succederet ad rigore laxandū. Et cū militares in diocesi nō satis au-
 scultarēt archiep̄scopo, obliqua inclinatione respiciētes in ducē Saxonīæ,
 cuius germanū maluissent pontificē suū (Male enim parēt plebēo generi)
 cogitur archiep̄s rebus aliter cōsulere: Nam Hērici de Brunswico ducis
 filium Christopherū de cōsensu capituli accēpit adiutorē. Tum uero dux
 ipse pater arma corripies, ducere cōtendit in hoc gregariū, & collecticiū
 genus peditū, quod tāto terrore impleuit, puincias: Omnia illi in p̄mptu
 fuere. Sed rex Danię Iohānes, qui paucos ante annos illorū opera Suecię
 regnum perdomuit, eos conduxit, mittēs oratores, qui auerterent ab illis
 ducem. Medio tempore Hadeleria dux solo illorū peditū terrore in pote-
 statem recepit: Tentata est per eosdem gregarios satellites Wurfatia post
 receptam Hadeleria: Sed ibi insigni clade accēpta repulsi sunt, fœmina, ut
 ferūt, duce palustriū uirorū. Igit̄ reb⁹ ibi cōstitutis, in obsequiū regis Da-
 nię euocati, per terrā Luneburgēsem, perq̄ opidū Winsen, uolūtate Ham-
 burgensiu requisita, trāsuadarūt in Eisingen. Incolę palustris illi⁹ terre, uel
 nutu minimo accepto de opprimendis, tum apertis cataractis terræ, nullo

negocio omnes perdidissent sine sui sanguinis impedio, iam in luto misere laborantes: Sed fides implenda fuit. Itaque transierunt incolumes. XXIII.

N Holsatia uenerat, multis dubitantibus quo ducendi: Statim tamen se res aperuit. Rex Danie Iohanes, idemque dux Holsatie, cum fratre Friderico duce, iamdum Thietmaris insinuarunt literas Imperiales, quod subiecti per Imperatorem Holsatie ditioni dicerentur. Illi uero refragati sunt ad ecclesiam Bremensem se pertinere contendentes. Iam hostilia illis principes memorati nunciarunt: & tamen immixtis oratoribus pertentantur, si sine sanguine dederent. Fuere qui tranquillitati consulentes, simul etiam diffidentes rebus suis, sine ordine aduersus numerosissimos, & ordinatissimos hostes, uoluntati principum facile fuissent assensi: sed commune refragabatur: nec erat constantia obgannire. Igitur rex cum fratre omnibus apparatis, mouit in Thietmarsiam post principium Februarii: Peditum gregarium pene sex millia predicabatur eorum qui stipendijs militarent: Ceterum ex lutia, Phrisia, Holsatia, ex opidis, & agris, qui accesserant, numerari non poterant. Tam certa spe uictorie uenerat nonnulli: ut pecuniam comparandis rebus ex preda secum in zonis portarent, una cum sigillis, ad dandas literas, ubi pecunias expendissent. Equites splendidi ex Holsatia, Lutiace, & omni Dania illo splendore ibant, in armis, quibus solet ad magnas nuptias properari: omne secum aurum in marsupijs ferentes. Accessere nonnulli ex Marchia, Luneburgensi, Brunswicensesque terris, incertum an foedere missi a principibus, an sua sorte militantes: Nemo dubitabat tantis uiribus Thietmaros protinus cessuros: & si ad statariam pugnam uentum fuisset, non erat ambiguum. Sperabant multi tum se dedituros homines, cum cernerent ante oculos rem apparatus, quam diu credere non poterant. Igitur cunctis ex re, & pro temporum, & locorum qualitate constitutis, magno agmine ducunt principes in terram hostilem. XIII. Februarii: Nam aliquot dies consumpsere in conspectu hostium, expectandis copijs que confluxerant: simul in aspectu suo terrerent inimicos, iam cessere de aridis terre partibus, que ad Holsatiam contigunt: intro in terram palustrem omnibus suis perductis. Et tamen ea fuit hominum pertinacia cum temeritate: ut in uilla Wintberg nuptias peragerent, cum primi agminis aduentarent. Ingressum incolae obseruauere ad Hamam, inde perducturos suspicati. Sed cum se ibi aliquodiu ostenderent ingressuri, ductoribus freti incolis, qui inter ceteros stipendio regio militarum, ex latere per graminiu iter, sub aquis latens ducuntur, & unicu terre opidum Meldorp, quod ipsum tamen incolae negligenter communierant, cum aliquot inde ictibus tormentorum factis, tonuissent incassum, facile occupatur ab ingredientibus. Fugiere qui poterant: In alios omnis aetatis, ordinis & sexus, est sequitum: ut terrore excitato promptius dederentur. XXV.

Rincipes aliquantulum in opido moram fecere, si forte deditiois consilium sumerent incolae, sine sanguine parentes: Ipsi uero in palustribus suae terre locis congregati, incerti erant consilij: Quidam secum deditioem mussitauerunt: Alii circumsperere fugam in Buze, que insula munitionior uidebatur ad tuendum: Pauculos intus habebant ad stipendia milium

tantes: sed illos cōuenire non sinebant, exteris non fidentes. Quidā ex his profugi desertores, cum opidum ab hostibus caperetur, omnia iam perditā foris disseminauerunt: Ea prima uoluit fama: Iterum pertentandos nūcīs putauere principes, si saniorē sumerent mentē: Missis speculatorib⁹ terre gnaris, scrutātur principes quę intus capiant cōsilia: ex quib⁹ unum natu Phrisium ceperant Thietmarsī, quem bono suo uiuere sinebant: nam ceteros correptos mox trucidabant: Hūc hominem adigūt minis uera fateri, quo itinere sint hostes ingressuri. Id cum accēpissent, proxima nocte fodientes, uallū opponunt per lutosissima itinera uenturis: Ibi aliquot hominum millia seruauere excubias: Alī locis alijs, cum non fiderent ad plenum nunciānti capto. Igitur pessimo auspicio mota sunt castra die Lune, quę fuit, XVII. Februarij, multis reclamātibus, qui nossent uadosa itinera: Sed præualuit cōsiliū capitaneorū de Guardia, quos ad hoc obgratos rex habuit. præcessere hi pedites tria pene millia, cum ciuib⁹ & agricolis maiori numero: Sequitur agmen equitū, tam certam præsumētiū uictoriam, ut uehicula quoq; post se uenire sinerēt: Per angustum quoq; sunt ingressi tramitem: quę res infinitam peperit cladē equestrib⁹: Nemo cogitabat periculū esse, ubi præcessere pedites de Guardia, rem omnē habuere pro expedita. Lutosum ac profundū iter ex laterib⁹ septū grandibus fossatis, supra genua turbauit equites. Equites uero ibant in pressura nimia, sperantes, & expectātes in solida peruenire. Iam Thietmarsī post aggerem delitescētes, tormentis missis sonuerunt, non sine discrimine ueniētiū: Primi tñ agminis pedites pluteos cōsertos præferēbāt, subiēctisq; hastis trāsibāt fossata, & iam in solido cōstiterāt: sed anguste stabāt, ut pugnare haud possent. Dies erat nebulosa, pluuia grandine mixta, uentis seuiētib⁹ de cœlo pugnabatur. Terra crebris fossatis discissa, non sinebat aciem extendere, aut excursiones facere. Regia tormenta iam erant collocata, sed pluuia cū uentis impediēte, emitti saxa non poterant. Procurrere nōnulli ex Thietmarsis, ut euerterēt: ex quibus nōnulli sunt cęsi. Interim aggere tuti tonuerūt illi bōbardis, ruperuntq; ordines stantiū peditū Sed cum ambiri se ex hostib⁹ cernerēt Thietmarsī, pauci egressi, non plures trecentis, aut ad summū quadringētis, pugnā cōserūt aduersus tot millia: sed luto, & frigore, & angusto loco cōstrictorum. Transiliētes incolē fossata, pugnauere pauci in multos, loco captos: bis retropulsi reuertūtur: bis ex fuga se colligūt, & hostes loco captos, frigore, & luto madidos, cędūt, detrudūt in fossata. Auxere aquā cataractis apertis: ut fossatorū nullū iam uideretur discrimen. Multis pereūtibus, primo ex Guardia pedites fugam ineunt, in qua tñ multi cędūtur. Tum aucti animis Thietmarsī, in reliquā stantiū manū collectitiā, ex urbib⁹, & agris, seuiūt ad internecionē, cędentes aut mergentes aquis, quę maxima turba fuit. CA. XXVI.

Vm uero inuadūt equestriū pressam angustia loci turmā: Nam loco capti, cōmouere se haud poterant, in nullā partem exire uolentes: Nam antea pedites cęsi, postera parte currib⁹ cōstricti: ex utroq; latere fossatis inclusi stabant immobiles præsentē morte pallidi.

Circūfusi Thietmarsii ex latere, lanceis, ac sagittis, primū equos uulneraue-
 re. Iumēta ubi p̄sensere ferrū, sequūt, proculcāt, deſciūt seſſores, Fit strepit⁹
 miserabilis: Vapor ascendens ex sudore, oculos obfudit: Primi agminis,
 cum iam fossata peditū numerosa multitudine implerentur, utcūq; euase-
 re, ipsis ignorantibus quō transierint: Nam pluui⁹ & nebulosus aer, simul
 niues cum uentis, mixto ex sudore fumo, uisum omnibus ademerunt: Mi-
 serabili cede sternūtur, cōculcantur, mergūtur, & una strage pereunt uiri
 militares, ne gladiū stringētes. Principes ipsi cū aliquātis, incertū quō ela-
 psi sunt: Nā ne quisq; retrocederet, impediuerunt curr⁹: qui & ipsi iter cōuer-
 tētes, cū iumēta cederent, steterē plaūstra in latū obuersa, uelut pro castris
 obiecta. Creditū est per densa cæsorū & mersorū cadauera nōnullos eua-
 sisse. Qui in opido remansere ad custodiā multi euadūt: Qui ab hostib⁹
 occupātur, sine numero ceduntur. Incredibile est memoratu, quāta trium
 horarū spacio peracta sit cedes. Ipsi Thietmarsii mirant quomō tam breui
 tēpore tantā conciderint turbam. Sed maior pars inuēta est sine uulnere.
 Quę res declarabat, aquis demersos q̄ plurimos. Nemo satis explicat ordi-
 nem rei gestę, omnibus de suo periculo cōterritis: Nebula, nox ingruens,
 bombardarū fumus, & ipsorū iumentorū uapor exuberās, uisum ademe-
 re. Mox sequuti aliī ex Thietmarsis, pugnantes primos nudauere armis,
 prostratos excussis zonis, & quos spirātes reperere cōtrucidāt, deinde ue-
 stib⁹, ad extremū etiā camisijs detractis: Pauci reſti die Lune sequēti qui
 uitę pmitterent. Hoc immanissimū crudelitatis genus: seuerūt in mortu-
 os: & quidē peditū aliquot millia cōtumularūt: sed equitibus hoc nega-
 uere. Inerant duo comites de Oldēborg, Adolphus, & Otto, milites plu-
 rimi, militares sine numero: Flos ipse Holfatię militię perijt, infinito suorū
 gemitu, cōmiseratione omniū maxima, qui nouere, humanitatē, modestiā
 frugalitatē, in amicos. Cæterū in omnes splendorē, fortitudinē, cōstantiā.
 Sed tum in luto cōputruere sub sole tot splēdidi equites: Facilis iactura se-
 pulchri, ait ille: & ali⁹: Cælo tēgit qui non habet urnā. Tertia hęc insignis
 in Thietmarsia clades Holfatorū. Prima fuit ad añū a Christo millesimū
 trecentesimū uicesimū secundū, cum Iohānes & Gerhardus comites rebus
 preessent: qui tum euasere, cæsis copijs ultra duo millia. Altera ad annum
 quadragesimū quartū post mille, cum Gerhardus primus Sleswici dux,
 horum principū maternus proauus, cum magna suorū manu in Hamma
 caderet: Et hęc tertia ceteris maior. Nam cæsorū numerū nemo satis expli-
 cat, cū Thietmarsii illū fuisse maximū cōtendūt, aliī negāt, ad pauca millia
 redigētes. Sed sua cuiq; domus mōstrat quāti perierint. XXVII.

Libert⁹ deinde Saxonie dux superioris, estate quę proxima seque-
 batur, expeditionē fecit in Phrisiam, obſesso in terra filio laturus
 opem: Ad quē recurrere qui cædi iam dictæ superfuere pedites,
 cum multis alijs, aucto semper numero nouis supplementis: Duxit ille in
 Phrisiam, & eo terrore cōcussit in colas: ut dimissis opidis, & omni terra
 profugerent: Ignauissime pecudes merite perpetuā seruitutē, quę pro pa-
 tria ne primā sustinuerē pugnā. Albertus soluta tum obſidione filij, opida

terre cōmuniuit, & in Groningen ducens, ea urbē obsedit: actū de omnibus reputans, ubi illa, uel caperetur, uel dederetur. Ex altera parte orientis oppugnauit eam Idzardus comes oriētalīs Phrisiæ: Leuia fiūt prelia multa: sed nihil ad deditiōem. Ita se cōmeatibus & armis præmunierant: ut omnem impetū facile sustinerent, & tēpus in autūnum extraherēt: Nam est palustris & aquatica terra: quę difficilem faceret crescentibus aquis oppugnationem. Interuentu episcopi Traiectēsis res cōponit, Vbi Albertus dux iam morbo correptus uitę suę desperat: Nam priusq̃ cōditionibus totis cōsentiēretur, ignorante parte urbis, ipse in castris moriēs defecit, princeps animo & rebus gestis egregius, qui canos suos multis bellis pro Romano Imperio fatigauit. Filius eius ad regem cōtendit Romanorū, patris in eam terrā gubernationē impetraturus. Interim qui fugerant Phrisij, cōductis peditibus, qui pridem Alberto militabāt, magna uī terrā repetūt, aduersam factionē repellentes: ut est terra illa maledictioni subdita sempiternę, semp fouēs hereditariā diuisionē: ut alij Schiring, alij Vetkoper censeantur, per inaci odio, sine causa, sine fine, inuicē persequentes: Quę pertinacia etiam Hollādinōs corripuit. Sed illi paulo ciuiliores, q̃ mūdum peragrāt, leuius exequūtur suā sectionē, Phrisij uero genus hominū inciuile, q̃ rariū alijs miscēt nationibus, suis moribus infordescunt: Sed luunt poenas ferocię suę, q̃ diuisi crebrius superātur, ubi indiuisi fierent inuicti. Moriens Albertus testamento filijs cōmendauit causam Idzardi comitis memorati, ne unq̃ illum desererēt: Sciebat Groningensium in illū implacabile odiū: q̃ redditi pristinæ incolumitati, arma in illū exterminādū essent cōuersuri. Occupauerat autē ille priori bello opidū Dam, q̃d ad mare ituris Groningēsis obuiū est: idq̃ presidio imposito cōmuniuit. XXVIII.

Militares terre Groningēsis adhesere profugi Idzardo memorato q̃ nimia seruitute premerentur ab urbicis, non permitti panē, aut potum, in edibus suis cōficere: sed omnia ex opido iuberent expectari. Inde uero ad iudiciū euocarentur in dictū opidū, quoties uel de minima re a quopiā impeterent. A uetusta memoria, cum inuicē cædibus & incēdio in se desequerēt homines memorati, essentq̃ in opido ex militari genere, qui iudicijs & cōcilijs presiderent cum ceteris opidanis. Cōplacitum erat cōmuni omnium assensu, ad euertēdas cædes & mutua incēdia: ut de cōtrouersijs in opido experirent: euocatiq̃ adessent, magnis poenis cōstitutis, aut amissione dextere in criminalibus, aut prædiorū euastatione in ciuilibus. Harū rerū abusus quidā inoleuit, cum deficerent in opido militares: & Groningēses ueteri cōstituto pertinaci inherebāt. His ex reb⁹ orta dissensio, secreuit militares terræ ab opido: qui sese interim bello tonāte in terra comitis cōtinuere. Durantibus treugis, quas epūs Traiectensis proximo anno interposuit, cum Groningēses iniquis ferrēt animis opidū Dam a comite teneri, cōduxere manū peditū ualidā, aliquot millibus aureorū expromissis, quę dum expugnatū traderetur, soluerent. Oppugnauere pedites cum ciuibus, non satis cōmunitum opidulū: Et nisi fortissime ab his qui inerant defensum esset etiā expugnassent. Comes interim armauit su-

os aliquot exteris cōductis: Mittebant etiā a uicinis nōnulla supplementa: fortior creuerat, q̄ ut ab oppugnantibus posset sustineri. Itaq; repulit primo impetu Groningēses: Priusq; tñ ille accederet, impletis fossatis feno & euectionibus multis, trāsilierūt in opidum gregarij. Ibi adunati qui intus erant repulerunt, aliquot centenis oppressis. Sed ubi comes prodijt in aciem, redigūtur pedites collecticij cum Groningēsi⁹ pugnaturi, etiā duplato militū numero exuperati: Missilibus primū & deinde ex tormentis de parte comitū iactā saxa ordinē rupere, stragemq; fecere. Tum gregarij primi fugam ineunt: Groningenses sequūtur. Ibi magna fit strages de parte urbicorū. Altera & hęc peditū infidā pugna, quę uehemēter eorū nomen extenuat, mōstratq; & perfidū, & inane genus militū, solo nomine & gloriatione magnū. Tum uictor comes firmat obsidionem captiuis multis ex urbe detentis: Tribus locis præsidia imponit, ne quouis pacto quicq; importetur. Ad famem res ista respexit nisi propefata inundatione, aut rerū compositione opido consulatur.

CA. XXVIII.

Odem illo tēpore, cū ageret annus primus post millequingētos,
 c. Henric⁹ dux Brunswici senior, pro filio adutore diocesis Bremēsis Phrisiā eidem ecclesię ab olim subditā, nūc male parentē, q̄ se liberā diceret a memoria diui Karoli Magni ad iuga cogere institit. Circuivit ille suo more, ut solet, in persona, diligenter omniū uicinorū principum domos inuitans ad auxilia submittēda, pro infreni populo sub iuga mittendo: perfecitq; ut ad principiū Septēbris cōuenirent: serius quidem q̄ palustris terrę oppugnādę ratio deposceret: q̄ autūni aquosa tempora, immeabilem faciunt terrā. Sed late cōtrahenda auxilia prius cogi non poterant. Submisere suos, Henricus Luneburgensis, Magnus Magnopolēsis, Bugslaus Pomeranię duces: Ipse Ericus cum Henrico fratre totis incubuere uiribus: & e diocesi Bremensi militia omnis, & ab urbe, & ab agris, quotquot poterant in unū cōuenere. Ferebātur inesse auxilia archiepiscopi Coloniēsis, & prouincialis Hassię comitis. Poterant illa ad ingeminandum terrōrē predicari: Poterant adesse, nihil ad rem. Ingenti tum equitū peditūq; agmine terrā petiere memoratā: quibus prius q̄ eo declinarent satis incertū haberēt, quo tāta dirigeretur expeditio. Finxit sibi quisq; somnia: Sed tñ uigilabāt omnes, & stabāt ad custodiam suarū rerū. Initiū Phrisię Stadland, quod cōtinenti arida tangitur, quia defendi nō poterat, deserit, intro ad reliqua palustria retrocedentib⁹ incolis, cum armentis, & gregibus: Ibi uero se defensionis parabant. Hostile agmen plena horrea reperit, unde faciliore sibi fecerat oppugnationē. Multitudo uero tanta facile absumptis quę aderant, ad famē peruenere, ut castra multi desererent, inedia coacti. Oppugnatio uero intērata est uiriliter: nec defensio segnis erat stantium pro libertate: Inde, quod necesse fuit, incōmoda sunt utrinq; illata: sed maiora tulere impugnātes. Accessit autūni pluuiale tempus, quod incolis quantū cōmodabat, tantū incōmodabat impugnātib⁹. Ecclesiā unā incastellauere ducales: ut per uniuersam brumā distinerēt populū ruricolam ab agrorū suorū cultura. Sed accolarū instantia & incūbantiū eccle-

liae formidata inedia rem diræmit: Itaq; duces retraxere copias. Sequuti sunt non diu post ecclesie defensores: Ita in aliud tēpus dilata res est. Quo tēpore Groningēses cum hostib⁹ pacti ad treugas peruenerūt. Pax deinde certis legibus est cōposita: Sed neq; illa durauit, cum Idzardus comes orientalis Phrisie opidū Dam, quod seruat aditū maris, teneret: Et quis non omnino disclusi Groningēses uiderentur, mari habentes portus alios egre tñ cēnebant comitē illis incūbere. Sed neq; duces superioris Saxonie tenentes occiduā Phrisiā destitire Groningensib⁹ arma ostēdere. Urbici fessi, ac pertesi rerum bellicarū, missis oratoribus paci cōponendę institerant: Proposita sunt eis capita pāctionis, quę si subirent, rediret tranquillitas. Oratores retro ferebant ad seuatum urbis, qui uidebatur cōditiones amplexur⁹. Insinuāda fuere eadē capitula populo: Qui ubi cognouit, uno ore reclamauit: Extrema passuros omnes, sanguinē & uitam impensuros, priusq; acciperent cōditiones. Quod ubi renūciatū est principibus, uidebantur laxare rigorem: Nam extrema perpeti decernētes, solent acres intendere casus: Ibi in hūc diem res cōquiescunt. XXX.

Henricus dux Luneburgēsis, tametsi titulum habeat Brunswickensis principatus cum patruelibus: ditionem solam habet, quę uulgo communiter dicitur Luneburgensis: eam uidelicet, quam olim Hermānus ab Ottone, I. Imperatore subuectus in ducalem honorē acceperat, quod arma eius ditionis cōmonstrant: Is inquā princeps, cum nōnulli militares securitatē ab illo prestitam oratoribus Brunswickensis senatus uiolassent diffunderentq; rumore, non sine eiusdē cōniuentia rem esse peractam, indoluit illustre nomen suum cōmaculari: eosdem uiolentos quibus poterat rebus insectatus. Cessere illi in diocesim Magdeburgensem, excepti a cōtribulib⁹ suis: Ibiq; cum nōnulli inter se militares causam armis, ut solent, intentatis uersarent, erat in parte is qui hostes memorati ducis cōfoueret: oppugnatorib⁹ eius partis submisit auxilia princeps memorat⁹, equites supra cētū: Ea man⁹ gladio & igne sequit in memorata diocesi, pertingēs ad opidū Balēstede, olim caput principat⁹ de Aneholt: Quā rē archiepūs Magdeburgēsis indigne ferebat, inflāmat⁹ a comitib⁹ memoratis. Sed principes superiores Saxonie Fridericus, & Iohānes, inter se, & archiepiscopi memorati germani fratres, non passi ultra p̄gredi indignationem inter fratrem & sororiū (nam germanā eorundē principum tenet dux cōiugē) uocant dissidentes in opidū Quedelenborg. Cōueniantq; archiepūs cum ambarum ecclesiarū magdeburgensis & Halberstadenensis prelatis. Aderant memorati duces, comitesq; de Aneholt Waldemar, & Georgius, Adolphus Magdeburgensis prepositus stabat cum archiepiscopo suo: Non aberat Henricus dux sepedictus: Ibi interuentu principum fratrū, placatur Magdeburgēsis sororio, cum aliquanta expromitteretur pecunia in cōpensationem damnorū. Rebus ex sententia compositis, redeūt in sua. Duo interim Henrici duces Brūswickenses patruelles, unum tum sensere: Nam regressus illo itinere dictus iunior, in ipsa urbe Brunswickcēsi salutauit seniorē: ibiq; causam duorū militariū ad arma

uscq; dissidentiū composuere. Non durauit in longū ille cōsensus, cum recordaretur quisq; sua parte pactionum, quas superioribus annis bello in Brunswicū intērato iniere. Visum est cuiq; min⁹ se iusto tenere cum plus deberetur: Ambo querulātur: Aliquot uicibus ad tractandū cōueniunt. Sed creuerunt indignationes. Demū in Brunswicum cōcurrunt: Ibi cum aliq̄diu tractatum esset, in illam acerbitatem res excreuit: ut fierent alterna conuicia, cum altrinsesus impropērarēt, quę uidebant cōtingere principalem honorem. Ibi Henricus dux senior, productis literis pactionū, uulgauit omnia cōsilia edomādarū & partiendarū urbiū Brūswico ac Luneburgo. Astitere multi quibus erat res incōperta, libenter tñ & cupide acciperent nudata cōsilia: ut cernerent suorum in se principū affectionē. Qui de parte iunioris affuere, consilio proximi, cum erubescerent ad circumstātes urbicos uolebant a se deriuare talis rei consciētiam: Sed nihil profuit, cum ex aduerso illis diceretur, & locus, & tempus quibus interfuissent. Cuncq; res summa indignatione partiū dissidentiū in apertū bellū respiceret, tanta erat securitas ducis senioris, ut armata suorū equitū ad sexcētos manu, contenderet in castra Prouincialis Hassiæ comitis, qui ab hac parte oppugnat comitē Reni Palatinum: Ab altera uero Romanorū rex suo sororio assistens Alberto duci de Monaco, Belli causa non minima: Concedunt enim Bauari de successione Georgij quē Diuitē cognominauere: cum ille moriens suos heredes non relinqueret. Exitus ipse in incerto est. Magnis utrinq; uiribus concurritur. Germania fere tota fauet Alberto: cum alterum tueatur aurum plurimū, unde stipēdia ille largitur larga. Et si maior uis ingruat, respicit in Gallos, Bohemos, Vngaros quos, ut ferūt, habet foederatos.

ALBERTI KRANTZ SAXONIAE
LIBER XIII. ET VLTIMVS FINIT.
COLONIAE MENSE MAIO MDXX.

Registrum totius operis Saxonie.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K

L M N O P Q R S Omnes sunt terniones, præter a quaternionē.